Cui abraham decimas dedit ex omnibus spolijs Et tunc primo legitur deci-
me date primitie vero ab abel propter hanc victoriam porcus e iubileus hic
primus sacrificium deo exhibuit et propheciam edificavit et urbem que ierusalem
dicitur Dicunt hebrei dicunt esse sem filium noe et vixisse usque ad ysaac
Et omnes primogenitos a noe usque ad aaron sacerdotes fuisse qui
cum quicumque et oblationibus populo benedicebat Capitulum decimum quintum
Post hec abraham promissio facta a domino Cui dixit Qui egredietur
de utero tuo erit heres tuus Credidit abraham deo et repu-
tatum est ei ad iusticiam Mutavit deus nomen abrahe et vocavit
saram et abram vocavit abraham Capitulum decimum sextum
Agar vero despexit dominam suam videns se per abraham concepisse
quod abraham dissimulabat Et ait sara inique agis contra me
Cui abraham ecce ancilla tua utere ea ut libet Que cum [illegible]
eam Et illa fugiente invenit eam angelus iuxta puteum in deserto Cui
Cui dixit ad eam unde venis Et illa a facie domine mee ego fugio
Cui angelus Revertere ad dominam tuam et humiliare sub ea Concepisti
enim et paries filium et nomen eius vocabis ysmahel magnus erit
eos et manus omnium contra eum et sic factum est Capitulum decimum septimum
Porro sara cum esset sterilis et iam nonagenaria et abraham
centenarius dixit ei dominus Sara pariet tibi filium et vocabis
nomen eius ysaak Cecidit abraham in faciem suam et risit pre
Procedente tempore apparuit ei Capitulum decimum octavum gaudio
dominus in convalle mambre Cumque elevasset oculos vidit tres
pueros et steterunt coram eo [illegible] ad orat Iosephus dicit tres
angelos in specie humana missos ut unus nunciaret abrahe
de filio duo subverterent sodomam Quos cum invitaret fecit
convivium putans eos esse homines et angelos Sara revoluto anno
Revertar et habebit sara filium Quo audito risit sara et
dubitavit quia in ea cessaverant menstrua quibus deficientibus deficit vis
pariendi Cumque precederet angelos et abraham cum eis dixerunt
ad eum Clamor sodomorum et gomorre venit ad deum [illegible]
et delebimus eos Abraham vero memor loth fratris sui ait ad
angelum Numquid perdes iustum cum impio Non est hoc eius qui iudicat terram
Si fuerint ibi .l. iusti nonne parces populo propter eos Et ait angelus
dimittam omni populo propter eos Sed abraham qui paulatim descendens
ait si fuerint xlv vel xxx vel xx vel etiam decem nonne parces populo
Et dixit angelus non delebo eos propter decem Et reversus abraham in
Venerunt angeli vespere Capitulum vicesimum locum suum
Sodomam sedente loth pro foribus civitatis et coaptante alienos
hospitio adductum Qui [illegible] ut diverterent
in domum suam quos renitentes compulit eos ingressis [illegible]

fecit conuiuium coxitque azima et comederunt Cum viri ciuitatis a
pueris usque ad senem vallauerunt domum loth Et dixerunt Educ viros
illos huc ut cognoscamus eos Cui ait habeo duas filias que non du
cognouerunt virum abutimini illis ut libet tantummodo hijs nil faciatis
Et illi noluerunt vimque faciebat loth Et ecce angeli introduxerunt
loth et clauserunt hostium illos vero percusserunt cecitate Et dixerunt
angeli ad loth Educ tuos de vrbe hac eam delebimus Et loth
vero illo vero dissimulante exire apprehensum eum cum vxore sua et
filiabus suis statuerunt extra ciuitatem dicentes Ne respicias
retro sed in monte te saluum fac at ille Est ciuitas iuxta segor
ad quam fugiam vel saluare in ea Cui angelus Ecce suscepi preces tuas
in eo Egresso quoque loth Sodomis pluit dominus super ciuitates illas
sulphure et igne Et retrospiciens vxor loth versa est in statuam
salis quam iosephus se dicit vidisse et huc usque manere Mansit
autem loth in segor et due filie cum eo Intellexerant autem filie loth
mundum periturum per ignem et reparandum genus humanum preciosum mesti-
ciam vino mollientes singule lecto virgines singulis noctibus
susceperunt a patre ignorante concepto et vltra ad eum non accesse-
runt peperit quoque maior filia filium et vocauit eum moab pater mo-
abitarum Minor peperit filium et vocauit eum amon pater amoni-
tarum

Capitulum vicesimum primum Tercium

Visitauit dominus saram concepit
et peperit filium et circumcidit eum abraham octaua die et
vocauit eum ysaac Fecit quoque ei pater grande conuiuium in die
illa Cumque filius luderet ysaac et ysmahel maior ledebat mi-
norem et cogebat eum adorare luteas ymagines quas fecerat
Quod cum displicuisset matri dixit ad abraham Eice ancillam hanc et filium
eius Dure accepit hoc abraham et dissimulauit Sed dixit ei dominus
Audi vocem sare Qui tollens panem et vtrem aque imposuit sca-
pule agar et tradidit ei puerum Cumque consumpta esset aqua in deserto
et puer deficeret siti abiecit illa puerum sub arbore et sedit
procul quantum arcus potest iacere ne videret filium morientem et fleuit
et exaudiuit deus vocem pueri fletum meum ipsius Et dixit angelus
meo Surge tolle puerum et aperuit oculos eius deus et vidit pu-
teum et dedit puero bibere et implens vtrem aque abijt fleuit
puer et moratus est in solitudine pharan et factus est vir sagi-
tarius et accepit ei vxorem de terra egipti de qua nati sunt ei
xij filij principes tribuum eorum

Capitulum vicesimum secundum

Post hec dixit dominus ad abraham tolle filium tuum ysaac et
offer eum michi in holocaustum Abraham quoque deuote
consurgens strauit asinum suum ducens secum duos iuuenes
et filium et iuit itinere duorum dierum Tercia die vidit montem
procul quem ligna et ignem relictis ibi cum asino duobus iu-

uenibus solus ascendit cum filio. Cui filius. Ecce ignis et ligna ubi est
victima. Cui pater. Deus prouidebit sibi victimam. Et statuit aram
lignis quae disposuit ignem adhibuit. Et arrepto gladio ut filium ymolaret
clamauit ad eum angelus. Ne extendas manum tuam in puerum. Nunc co-
gnoui quod timeas deum. Et vidit abraham post tergum arietem inter
vepres herentem cornibus quem obtulit pro filio. Dicunt hebrei hanc
diem primam fuisse septembris. Unde iudei in ea solemnitate sonant
et clangunt cornibus arietinis in memoriam arietis. Et iurauit dominus
per semetipsum de semine multiplicando ex ysaac et de terra danda
semini eius. Altera die rediit abraham in bersabe. Nunciatumque e-
st ei quod melcha genuisset nachor fratri suo filios scilicet hus primogenitum
buz de cuius stirpe descendit iob ut sentiunt. Vir erat in terra hus
nomine iob

Rediit abraham Ca. lx. 3m

ad conuallem mambre et mortua est sara cum esset c xxvii
annorum et sepulta est in ebron in spelunca duplici quam emit
abraham quadringentis siclis argenti. Erat autem spelunca duplex
in rupe in superiori sepeliebantur viri et in inferiori mulieres. Ita adam
et eua ibi sepulta erat

Capitulum lx quartum

Erat autem abraham senex et dixit ad eliezer procuratorem
suum. Pone manum tuam sub femore meo sciens inde Christum
nasciturum et iura michi per deum celi et terre quod non acci-
pies filio meo ysaac uxorem de filiabus chanaan inter quas habito
sed de cognatione mea. Iurauit ergo seruus et accepit x camelos. Et abiit
ducens secum quae sciuit de rebus in terra ad quam ibat precipitur mes-
opotamiam ad charam urbem nachor multo tempore et labore. Fecit autem
camelos accumbere iuxta puteum ante urbem. Cumque vespere esset et egrede-
rentur mulieres ad hauriendum aquam orauit eliezer ut inter illas
inueniret uxorem domini sui ut aliis negantibus aquam poscenti ipsa
prestaret ut per hoc cognosceret eam. Et ecce rebecca batuelis filia
et soror laban scilicet melche descendit et impleuit ydriam et
aliis se auertentibus potum prebuit peregrino et camelis eius. Et in-
telligens quod erat filia batuelis dedit ei inaures et armillas. Laban
audiens hoc occurrit et introduxit eum in hospicium et camelos locauit
et apposuit panem. Noluit eliezer comedere donec narraret ad quid missus
fuerat et quomodo rebecca a domino iuxta puteum sibi
esset ostensa. Et dixerunt laban et batuel. Egressus est sermo iste.
Ecce rebecca coram te est. Tolle eam et sit uxor domini tui. Querebant
vero prius ab ea si vellet ire. Quae ait. Vadam. Et hoc sermone consensit mulier
licet regalis. Et diuisis inter eos muneribus mane profectus est in viam
suam. Et dum appropinquaret in vesperam ysaac exierat ad meditandum in agro.
Rebecca vero intelligens virum suum esse descendit de camelo et tollens
teristrum id est pallium operuit se. Ysaac vero introduxit eam
in tabernaculum matris sue et dilexit eam. Ca. lx. quintum

Abraham vero aliam duxit uxorem nomine cethuram et genuit ex
ea sex liberos et separavit eos dum viveret et cuncta mobilia tradidit
eis. Ysaac vero hereditate possedit. Hec illius quidam dicunt sar-
racenos processisse. Fuerunt autem dies abrahe clxxv anni et mor-
tuus est. Et sepelierunt eum ysmahel et ysaac in spelunca duplici cum
uxore sua. Vixit quoque ysmahel cxxxvii annis et mortuus est. Ysaac
xl annorum erat quando rebeccam duxit que et inventa est sterilis longo tempore.
Sciens autem ysaac patri suo facta promissione seminis multiplicandi
pro ipsa oravit dominum ut impleret quod promiserat. Et concepit illa geminos duos
in utero et cum vicina esset partui collidebantur in utero eius parvuli ut
quis eorum primus posset exire ad ortum. Et in hoc dum nati figurata est
lis que futura erat in eis adultis. Creditur eum iacob ea in utero fuisse
sanctificatus. Cum quo duos peperisset pueros qui prius egressus erat rufus
erat et totus in modum pellis hispidus et dictus est ab hoc esau
id est fortis vel primus. Alter egrediens plantam fratris manu tenebat quasi
volens retrahere eum a primagenitura. Et ob hoc dictus est iacob id est
supplantator. Sexagenarius erat ysaac quando nati sunt ei parvuli.
Factus est esau venator et iacob agricola et pastor in tabernaculis
inhabitans. Pater diligebat esau tum quia primogenitus erat tum quia
de venatione eius libenter vescebatur. Mater vero diligebat iacob
tum propter simplicitatem tum per dei inspirationem. Confectum est autem cum coxis-
set iacob pulmentum lenticule. Esau lassus rediit de agro. Et ait
da mihi de coctione hac rufa quia lassus sum et non sufficio mihi pulmentum
parare. Cui dixit iacob Vende mihi primogenita tua. Esau precupidus
primogenita se moriturum nisi instanti comederet putans. Vendidit ei
primogenita pro edulio lentis et iuravit tale benedictionem ratam se habiturum ut
primogenita pro edulia. Erant autem primogenita quedam dignitates quas habuerunt primogeniti in cogna-
tionibus suis usque ad aaron. Habebat autem primogenitus vestem specialem
qua induebatur tantum in sacrificio offerendo et recepturus finalem bene-
dictionem a patre. Ipse in solemnitatibus et conviviis benedicebat minoribus et
in hiis dupla portione ciborum recipiebat et in hereditate similiter ut
Senuit ysaac et videre non poterat. Cap[itulu]m vicesimum
et dixit ad esau Fac mihi cibos de venatione tua ut come-
dam et benedicat tibi anima mea antequam moriar. Egresso esau
ad venationem dixit rebecca ad iacob. Ait et sic audivi patrem tuum
loquentem cum esau. Affer ergo mihi citus duos edos optimos ut fa-
ciam patri tuo escam quibus libenter vescitur et benedicat tibi pro esau. Abiit
ille et attulit dedit que matri. Que cum parasset induit iacob vestibus
esau valde bonis quibus utebantur primogeniti ut diximus. Timebat
vero iacob ne deprehensus a patre susciperet maledictionem pro benedictione.
Posuit mater pelliculas edorum manibus et collo eius circumdedit ut sibi de-
pilosi sicut eius compareret. Acceptosque cibos iacob obtulit patri di-
cens ego sum esau comede de venatione mea ut benedicat mihi anima
tua Et vero dixit quia ego sum. cuius sunt primogenita et benedictio

sic pilosus erat esau. Non mentitur iacob Dicit nota xpus dicens helyas iohannes
est non persona sed in similitudine Cui ysaac Accede ad me et tangam te et
probem utrum sis esau an non Quo palpato dixit Vox iacob est sed manus
esau sunt Cum autem comedisset et hausisset vinum osculatus est eum Et cum
benedixisset addidit dicens Qui maledixerit tibi sit ille maledictus et
Vix sermone compleuerat pater et egresso iacob venit esau cibos inferens
petensque a patre benedictionem Expauit ysaac vehementer dicens Germanus
tuus venit fraudulenter et accepit benedictionem tuam Oderat ergo esau iacob
et dixit Venient dies luctus mortis patris mei ut occidam iacob
Rebecca audiens hec dixit ad filium fuge ad laban fratrem meum et
esto ibi donec cesset ira fratris tui Videns esau quod offendisset parentes
iuit ad ysmahelem patruum suum ducens filiam suam maleth uxorem
Egressus iacob de bersabee post hec Capitulum vicesimum octauum
bat aram volens ire mesopotamiam secundum consilium
matris Cum autem venisset iuxta lyzam vespere supposuit
capiti suo lapidem et obdormiuit Et vidit in sompnis scalam
a terris ad celos attingentem et angelos dei descendentes et a-
scendentes et dominum innixum scale dicentem sibi Ego deus abraham
et ysaac dabo tibi et semini tuo terram hanc et benedicentur in te omnes
tribus terre Euigilans autem iacob ait vere dominus est in loco isto et Et
erexit lapidem quem supposuerat capiti in titulum vocauitque locum betel
Recedens ergo mesopota- Capitulum vicesimum nonum idest domum dei
nea peruenit aram ad tharam urbem et inuenit puteum
in agro operto grandi lapide iuxta quem tres greges adula-
bat Cumque didicisset a pastoribus quod lapis non esset amouendus donec
omnes greges conuenirent sciscitabatur a pastoribus si valeret laban
valet inquiunt Et ecce rachel venit cum grege suo Quam cum aspexisset
amouit lapidem ab ore putei et aquato grege osculatus est eam et
indicauit se consobrinum eius esse quod nunciauit illa patri Qui occurrens duxit
iacob in domum suam et audita causa fuge dixit ei Os meum et caro
mea es Habebat enim laban duas filias lyam lippis oculis et rach-
el venusta aspectu quam diligens iacob ait Seruiam tibi pro rachel
vii annis et respondit quod videbatur ei pauci dies pro amore
pulchritudinis Completis vero septem annis fecit laban nuptias ge-
neri suo ut secundum hystoriam dicta Transactis vero aliis septem annis
Jeremias vero dicit post septem dies transactis nuptiis lye dedit
ei et rachel Dominus autem aperuit uuluam lye sorore sterili
permanente et peperit primogenitum ruben deinde symeon post
hoc leui deinde iuda cessauitque parere Capitulum tricesimum
Videns inde rachel inuidit sorori et ait ad iacob Da michi
liberos alioquin moriar Cui ait numquid sum deus Et illa si-
no de me saltem de ancilla mea et tradidit ei bala et pu-
dictus est dan deinde alium qui dictus est neptalim Lya
quoque tradidit viro zelpham ancillam suam que peperit et vocauit

cum gad et aliud quem vocat asser Concepit iterum lya et peperit filium
quem vocat ysaschar et rursus peperit sextum quem vocauit zabulon
Post hos concepit et peperit filiam nomine dinam Recordatus est dominus rachelis
et aperuit vuluam eius que peperit filium quem vocauit Joseph Finito ergo
seruicio iacob dixit socero da michi liberos meos et vxores vt
reuertar ad terram meam Justum enim est quod prouideam aliquando domui mee
Et ait laban Inueniam gratiam apud te Seruias michi adhuc septem
annis et constitue mercedem quam dem tibi Dixit iacob Nichil postulo Feceris
adhuc pascam pecora tua Separa greges varios et sparso vellere et trade
filiis tuis Vnicolores vero trade michi Et quod ex vnicoloribus varium
natum fuit sit merces mea quod vnicolorem tuum ornatum Sic habuit
laban et separat iter trium dierum inter iacob et filios suos ne dolus inter
eos nasceretur Tulit ergo iacob virgas virides populeas et amigda-
linas et plataninas quas per locum discorticzans varium virgarum fecit co-
lorem et imposuit eas canalibus obseruabat tempus quo pecora ascendebat
et in furore dici ro ad potum dum a iuda properaret faciebat oues
et capreas ascendi ut tales fetus reciperent quales vmbras
arietum et hyrcorum super se ascendentium in aquarum speculo videbat Ex
virgis ergo propositis ibi varius erat vmbrarum color Ne autem omnes fetus
diuersi coloris fieret et deprehenderetur dolus sic temperauit iacob primo
tempore cum ascendebantur oues erat in vere quia fetus illi meliores erat
proponebat virgas vt conciperent in extremitate veris et in serotina
admissarius deteriores erat fetus et ita quod in serotina erat facta sunt
laban et quod primi temporis iacob Ditatus est ergo iacob vltra modum Cap. 31

Vidit ergo Jacob quod faciem laban non erat sicut heri et vocauit lyam
et rachel vt pascebat greges et ait faciem patris vestri non
est mecum et init consilium cum eis quod recederet Videns autem
laban plures nasci diuersi coloris dixit deinde vnicolores sit mer-
ces tua Jacob vero subtraxit virgas et multiplicati sunt vnicolores Cum-
que iuit autem iacob cum vxoribus et liberis abijt tulitque omnem substantiam et
greges Et rachel viro nesciente preciosa ydola patris furata Nuncia-
tum que est laban die tercio quod fugisset iacob qui assumptis filijs et co-
gnatis suis insecutus est eum septem diebus Vidit autem laban in somnis
deum dicentem Caue nequaquam asperius loquaris contra iacob Laban ve-
niens ad iacob dixit Quare me ignorante fugisti Et cur furatus es
~~[illegible]~~ deos meos Respondit Jacob timui ne filias tuas aufe-
rres michi quia autem pro furto me arguis apud quem inueneris deos
tuos moriatur Ingressus ergo laban tabernaculum lye et ancillarum non
inuenit Et intrans tabernaculum rachel illa subter stramina
cameli abscondit ydola Et sedit et ait patri Ne irascaris michi
quia nequeo tibi assurgere iuxta consuetudinem feminarum et sic delusus est
Et ait laban ad iacob Omnia que habes mea sunt sed quid possum filijs
faciam et nepotibus meis Veni et ineamus fedus Tulit ergo iacob la-
pidem et erexit in titulum federis feceruntque tumulum de lapidibus
et comederunt super eum Dixitque laban Tumulus iste sit testis fe-

decem mei in eternum et recessit laban Capitulum tricesimum secundum

Iacob vero iuit per viam suam et occurrit ei multitudo angelorum defen-
dens eum a fratre suo quem timebat Misit autem ab illo loco nuncios
ad fratrem qui explorarent fratris animum Qui reversi nunciaverunt
esau sibi occurrere paratum cum quadringentis viris Timuit ergo iacob
et divisit familiam suam in duas turbas ancillas et liberos earum in
prima turma In secunda liberam et filios eius ita tamen quod in extremitate eius posuit
rachel et ioseph cariores eius ita ut si prima occideretur reliqua fugiens salva-
retur Deprecatus autem deum est a periculo ut salvaret eum Misit etiam
munera fratri per diversos nuncios ut si quid indignacionis esset in eo placa-
retur Consurgens autem diluculo transduxit omnia sua per vadum iacob Et ra-
 autem precedente fine solus in ripa fluminis remansit ut oraret
Et ecce vir luctabatur cum eo usque mane qui tetigit latus nervum eius et
emarcuit statim et iacob posuit se deinde non comedere nervum
propter posteritatem eius observat Cumque ascendisset aurora dixit vir
ad eum dimitte me Qui respondit Non dimittam te nisi benedixeris
michi Vir autem quesivit nomen eius ait se vocari iacob Nequaquam est
ille appellaberis iacob sed israel quia si contra deum fortis fuisti multo magis contra ho-
mines Et ait iacob cum dimisisset eum angelus Vidi dominum facie ad faciem
et anima mea valde territa plurimum confortata Ortusque est sol et clau-
dicabat iacob femore tamen eius post hec sanatum est Capitulum tricesimum tertium

Elevans autem oculos vidit esau Et precedens pronatus terram
quam ferebat adoravit septies usque dum accederet frater Currens autem esau
complexatus est eum et deosculatus eum flevit Deinde osculatus
est filios et filias Et dixit iacob Si inveni graciam coram domino meo
Recipe munusculum de manu mea sic vidi faciem tuam quasi viderem
vultum dei Esau vero nolens recipere munera dixit se plurima habere
Reversus est autem esau ad sua Iacob autem transgressus est in sichem ubi
emit partem agri ab emore rege sichimorum pro centum agnis et habitavit
ibi Et erecto altari invocavit fortissimum deum israel Capitulum tricesimum quartum

Egressa est autem dyna ut videret mulieres regionis illius
sola transivit ad urbem emptura ornamenta mulierum quia ibi
solemnitas erat Quam videns sichem filius regis oppressit eam
Quod factum est cum voluntate
et ait patri Accipe michi puellam hanc coniugem Et factum est
Et ecce die tertia quando fuissent
iacob et primo circumcisi sunt omnes Et ecce die tertia quando fuissent
in dolore vulnerum Symeon et levi acceptis gladiis interfecerunt
omnes masculos in urbe parvulos et uxores captivas duxerunt
et rapuerunt partem suam Capitulum tricesimum quintum

Post acta iacob non audebat ibi manere sed iubente deo
ascendit in bethel ubi in sompnis apparuerat ei dominus et edi-
ficavit ibi altare domino Accidit autem ut rachel gravida partu-
riret cepit periclitari in partu et peperit filium Egrediente autem anima pre
dolore vocavit nomen eius benoni Mortua est Et vocavit pater filium beniamin
Sepulta est rachel in via que ducit bethlehem Et sola inter

cognatorum sepulturam non meruit abrahe eo quod absconderat ydola que
in iacob ante mortem eius defoderat. Venit iacob ad patrem suum ysaac in
ebron et iam mortua erat mater. Et deinde completi sunt dies ysaac C l x
x x v annorum et mortuus in spelunca quod duplici sepultus. Ab eo dilatati sunt iacob
et esau itaque eos non caperet terra ut

Capitulum Tricesimum octauum

Ioseph cum esset xv annorum pascebat greges cum fratribus suis et oderant
eum fratres quod a patre plus ceteris amabatur. tum quia in senectute eum
genuit. tum quia prestancioris forme et sapiencior ceteris erat. Et accusa-
uerat quod fratres suos apud patrem suum crimine pessimo vel de odio in ipsum
vel de incestu cum brutis vel salim reuben cum bala concubina patris ad quam acces-
serat. Fecit quoque ei pater tunicam polimitam i. manu vel acu pictam. Ca
usa odii maior erat visio sompniorum de quibus legimus in epistola sua. Cum fratres
essent in pascendis gregibus in sichem missus est ioseph a patre ad eos. Qui
videntes eum dixerunt Ecce sompniator venit ut Ruben autem volens liberare
eum dixit Non effundamus eius sanguinem sed mittamus in cisternam. Et sic factum est
Et recessit reuben meliora querens pascua. Illi autem comedentes panem
venerunt ismahelite de galaad portantes camelos aromata in egyptum
Et dixit iudas melius est ut vendatur ysmahelitis quam perdatur. Frater
enim et sanguis meus est. Et vendiderunt eum xxx argenteis. Reuersus est autem
Ruben ad cisternam et non inuenit puerum. Tunc scindens vestes suas fratribus
eiulabat sed precepto quod viuit quieuit. Tulerunt tunicam ioseph et in sanguine
edi tinxerunt et miserunt qui patri dicerent. Hanc inuenimus vide si
sit tunica filii tui an non. Quam agnoscens pater ait fera pessima deuorauit filium meum
Scissis quoque vestibus indutus est ciliciis lugens filium multo tempore. Filii vero volen-
tes lenire dolorem patris. Dicebat eis descendam lugens filium meum in
infernum. Erat tunc in inferno quidam locus bonorum longe a locis penalibus qui dictus

Capitulum Tricesimum nonum

est sinus abrahe

Itaque ductus est io-
seph in egyptum emit quod eum phutifar videns eum elegantis forme ce-
perit ut ei ministraret. Phutifar autem custodiens ioseph illum adeo infrigi-
dauit ut tamquam eunuchus esset. Habebat autem phutifar vxorem et liberos
Et tradidit ioseph filiam suam assen vxorem. Ubi inquirunt ioseph de
matrimonio alienigene dicunt hebrei post plagium duxisse dyna filiam iacob
et ex ea suscepisse filiam de qua et phutifare nata est assen. Fuit quoque
dominus cum ioseph et inuenit graciam coram pharaone domumque suam guberna-
bat itaque non nouerat de rebus suis nisi panem quo vescebatur. Factum est autem
quod domina iniecit oculos in ioseph et ait dormi mecum. Qui respondit Ecce
tradidit sua michi dominus meus preter te. Quadam ergo die passim perrexit in cu-
biculum ergo illa alia die et apprehensa lacinia eius et ait Dormi
mecum Qui relicto pallio exiuit. Tunc videns se contemptam marito re-
uertenti ostendit pallium dicens Ingressus est ad me seruus hebreus ut illu-
deret michi. Rex vero ioseph victum tradidit in carcerem Fuit autem dominus
cum illo et dedit illi graciam apud dominum carceris

Capitulum Quadragesimum

Accidit autem ut pincerna regius et pistor in eadem carcere conuenirent
viderentque ambo sompnium nocte vna. Quos cum vidisset ioseph tristes
suscitatus est ab eis causa doloris. Et ait pincerna Videbam coram
me vitem et in ea tres propagines et paulatim crescere gemmas et post flores
maturescere. premebamque vinum in calicem pharaonis et dabam ei bibere. Et ait

Vendidit

Joseph Bona est visio tua . tres propagines et tres palmites . tres sunt dies
post quos pharao restituet te in gradum pristinum tuum memento mei dum bene tibi fuerit
Cui ait pistor Vidi quod haberem tria canistra farine super caput meum et
in superiori me portare cibos qui fiunt arte pistoria Aves quoque comedere
ex eo Et ait Joseph Nollem me esse interpretem bonorum Tres adhuc
dies sunt post quos pharao suspendet te in cruce et aves comedent carnes
tuas Hec omnia sunt adimpleta . Oblitus quoque est prepositus pincerna Joseph suum Cap. xli

Post duos annos vidit pharao sompnium Putabat se stare super
fluvium de quo ascendebant septem boves crasse Et post alie vii emer-
gebant de flumine macre confecte et devorabant priores Expergefactus
pharao rursum obdormivit Et vidit aliud sompnium Septem spice plene
pullulabant in calmo uno Alie quoque totidem iuxta oriebant tenues et percusse
rubigine devorabant eas scilicet priores Territus pharao convocavit sapientes
egypti nec erat qui interpretaretur et recordatus est pincerna Joseph coram
rege Et eductum de carcere totonderunt rex apprehensa manu eius dextera ait
Vidi sompnia nec timeas edoce quoque sit narravit quod viderat
Et ait Joseph Sompnium regis est unius significationis Ecce septem anni venient
magne fertilitatis quos sequentur alii totidem sterilitatis Provideat ergo rex
virum qui congreget quintam partem frugum terre per septem annos fertilitatis et reponet
in horrea regis Tulit ergo pharao anulum de manu sua et dedit in manu eius
et collo torque aureum circumposuit Et fecit eum secundum in regno Et quicquid
rei dispensatorum commisit Ascenditque currum regium clamante precone ut
omnes coram eo genua flecterent Et tunc primo dedit ei assen uxorem
que antea promissa fuerat Nati quoque sunt ei filii priusquam fames veniret primogenitum
manassen Secundum effraim Joseph collegit granum septem annis quibus transactis
venit fames Aperuit quoque Joseph horrea et vendidit egyptiis et
aliis quoque prudenter

Capitulum xlii

Audiens hec iacob
misit in egyptum decem filios suos beniamin domi retento Et
cum venissent ad ioseph non agnoverunt eum Cumque adorassent
eum et ipse nosceret eos durius loquebatur eis dicens unde venistis
Dixerunt de terra chanaan ad emendum escas Et ille exploratores
estis ut videatis infirmiora terre Responderunt non est ita domine filii
unius viri omnes sumus nunquam cogitavimus alii non est super Qui ait
impossibile est unum hominem talem filios gignere Illa regibus difficile est Non
egrediemini hinc donec veniat frater vester minimus Timebat enim ei et ille de-
linquisset et tenuit eos vinctos tribus diebus Tercia autem die ligavit
symeon et alios abire permisit Et dicebat mutuo patimur quia peccavimus
in fratrem nostrum nescientes quod intelligeret eos ioseph quia per interpretem loquebatur
eis Iussit quoque implere saccos eorum et ut precia singulorum absconderet in saccis
suis datis super cibariis in via Et ille profecti sunt et venerunt ad patrem
et dixerunt ei omnia que acciderant Cumque frumenta funderent invenerunt
precia in saccis Territus quoque ait iacob sine prole absque liberis me fecistis Jo-
seph non est super Symeon tenetur in vinculis beniamin auferetis in me
hec mala reciderunt Et ait ruben Trade eum in manus meas filios meos in-
terfice nisi restituam eum tibi Et ille non descendet filius meus vo-
biscum c. xliii Capitulum Quadragesimum tercium

Iamque consumptis cibis frumentorum quos emebat Et dixit iacob ad fi-
lios Revertimini in egipto ut ematis parvillum escarum Et ait iudas
Si vis puerum mitte nobiscum ibimus aliquin non imus Ego suscipio
puerum. De manu mea require illum Ubi duxero eos reddam patri et tibi Et
ait israel Si sic necesse est facite quod vultis Sumite de optimis terre et offerte
viro munera Quod ita factum est Igitur filii iacob descenderunt in egiptum
Precepitque ioseph ut ad eum introducerentur et secum cibos sumerent
Illi timentes se introductos fuisse propter pecuniam quam retulerant dispensatori
dicebant eius nescientibus pecuniam positam fuisse in sacculis Qui ait Deus vester
dedit vobis eam pecuniam quam michi dedistis ego habeo. Et duxit ad eos
Symeon Portabant quoque munera et obtulerunt ioseph beniamin Commota
sunt viscera eius et ingressus cubiculum flevit et lota facie regressus et dimisit
symeonem et fecit apponi panem et comederunt et inebriati sunt cum
Et mane iussit impleri saccos eorum

Capitulum quadragesimum quartum

Et ciphum suum sacco beniamin imponi Et orto mane dimissi sunt
Dispensatorem vero iubente ioseph secutus est eos qui dixit pessimam
rem fecistis Ciphum domini mei furati estis Qui dixerunt apud quem in-
ventus fuerit moriatur Et inventus est in sacco beniamin Et reducti ad ioseph ado- rauerunt

Capitulum xlv

Et ultra non poterat se continere.
ioseph Et eiectis omnibus flevit Et cum magno fletu dixit Ego sum
ioseph nolite timere. Adducite patrem meum ad me ut possit
vivere Nunciatum est pharaoni ab audientibus Et gavisus dixit rex tollite plau-
stra ad subvehendos coniuges et parvulos et omnia vestra adducite dabo vobis
omnia terre optima Factum est ita Deditque ioseph singulis binas sto-
las Beniamin vero xxx argenteos et quinque stolas Sed et patri misit
totidem Et ipsi venientes ad patrem omnia dixerunt ei Et audiens revixit
spiritus eius Et dixit vadam et videbo eum antequam moriar

Capitulum xlvi

Et dixit deus ad iacob Noli timere Descende in egiptum faciam
te in gentem magnam et reducam te Insuper ascendit cum septuaginta
quinque animabus Et occurrit eis ioseph cum multis Et dixit ad regem
qui bene recepit eos Et dedit eis terram yesse in pascua

Ca. xlvii

Habitavit quoque israel in terra egipti et crevit nimium Et vixit in
egipto xvii annos facti sunt quoque dies eius C xlvii anni Cumque more-
retur Vocavit ioseph et fecit ut poneret manum suam sub femore suo
et iuravit quod sepeliret eum in sepulchro patrum suorum ut ibi cum eis requiesceret

Capitulum xlviii

Adduxit Joseph duos filios suos ad
patrem ut eum videret moriturum Qui ait Qui sunt isti Respondit
isti sunt filii mei quos dedit deus in hoc loco Et ait iacob Isti duo
mei sunt sicut ruben symeon deputabantur michi Applicavit autem Joseph
manassen ad dexteram patris Et effraim ad sinistram adorans et petens
ut benediceret eos Et iacob insuper cancellabat manus minori Et quia
tulit ioseph Et ait Non ita convenit pater Hic maior primogenitus est Et
ille Sed scio fili mi Ille erit in populos. Sed minor maiore erit et semen
eius crescet in gentes Sic impletum est divino iudicio
et benedixit Et ait ad eum In te benedicet israel Et ait ad alios de patrem
meorum benedicat pueros istos et crescant in multitudine super terram

Et congregatis coram se filiis predixit que de eis futura erant et
mortuus est. Et reduxerunt eum filii sui cum multitudine magna et
sepellierunt eum in sepulchro parentum suorum. Timentes vero fratres ioseph
ne mortuo patre memor fieret iniurie eorum et adoraverunt eum. Qui
flens condoluit eis et consolatus est eos. Vixit ioseph C et x annos. Dixitque
fratribus suis. Deus ad hunc visitabit vos et reducet ad terram quam iura-
vit patribus vestris. Asportate ossa mea vobiscum et iuravit eos et mortuus
est et sepultus est in egypto. Alii fratres quisque sepeliebatur in obitu suo in ebron
ab aliis illuc delatus

incipit exodus

Incipit Exodus

Surrexit Rex novus in egypto qui ignorabat ysrael. Et
videns prudentiam eorum dixit ad suos. Populus ysrael fere
fortior est nobis. Sapienter opprimamus eum ne forte multiplicetur
egrediatur libere. Imposuitque eis duces exactores operum quibus
Coxeruntque lateres et fundos viri et
feminis vacarent ab complexibus ut implerentur manus eorum in cophinis
platearum in cophinis deportabant ut implerent. Quanto vero magis
premebantur tanto magis multiplicabantur. Et servierunt.
Plures aut ista duravit xl annis. Rex videns pharao precepit obstetri-
cibus hebreorum ut in obstetricando masculos occiderent. Que timentes deum
observaverunt mares et dicebant regi quod hebree mulieres parerent
antequam venirent ad eas. Iratusque pharao iussit ut quicquid masculini nasceretur
in flumine proiceretur. Et multi ea tempore submersi sunt.

Capitulum secundum

Egressus est post hoc vir levita nomine amram accepit uxorem nomine
iacabeth qui nolebat uxorem accedere post edictum malum regis
liberos quos gigneret filios proicere. Sed quia deus ait in sompnis
Noli timere cognosce uxorem tuam quia puer quem timent egypty
ex ea nascetur. Concepit mulier et peperit masculum sub silentio et abscon-
dit eum tribus mensibus. Cumque celare non posset sumpsit fiscellam in modum
cisti factam rotundam et linivit bitumine et pice et imposuit puerum et posuit
in flumine stante procul sorore pueri maria nomine ex precepto matris. Et ecce
thermutis filia pharaonis descendit ut lavaret in flumine. Que videns
alveolum iussit afferri et videns parvulum misertus est eius et adoptavit eum
in filium. Et ait maria vis ut vocem tibi hebream mulierem que ubera
det illi. Et alias mulieres prius tangere
gentis sue non suxit. Et accersivit thermutis. Et ablactatum eo
alienam adduxit. Et suscepit puerum ad alendum. Et ablactatum
reddidit thermuti. Et dictus est moyses. Cuius pulchritudinem rex
admiratus coronam quam in capite gerebat puero supposuit. Ille
aut coronam deiecit ad terram et fregit. Sacerdos aut quidam surge-
bat et volebat puerum occidere. Et clamavit hic est puer quem valebat
deus ad occidendum monstrat et per regis auxilium liberatus est. Factus est
aut adultus. Et accepit filiam iethro sephoram nomine que peperit
duos filios ei gersam et eliezer post hoc cum pasceret oves in deserto ap-

Capitulum tercium

Apparuit ei dominus in flamma ignis de me-
dio rubi qui depascebat in monte. Erat autem mons ad pascua
aptus et herbis habundans quo pastores illuc ascendere non
presumebant quia mons excelsus erat et opinio erat deum ibi habitare.
Et ait moyses vadam et videbo hanc visionem magnam. Et vocat eum dominus